



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Sacrilegium

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

*Excommu-
nica-*

Et ab eo peti.

*Et adhiberi
materia du-
bia. Et dubia
potestas.*

*Sacramenta
possunt ad-
ministrari
cum jurisdi-
ctione proba-
bili.*

*Numerus
Sacramento-
rum.*

sitionis talem ministrum excusat; quia necessitas proximi, in cuius subsidium Sacra menta sunt instituta, præponderebat pœcepto de ministrandis illis in gratia. Hac enim ratione, cum necessitas urget, multa sunt circa personam principis, quæ extra necessitatem irreverentiam maximam continentur, part.

Et quod dictum est de peccato, diximus etiam de excommunicatione V. Excommunicat. à numero 16. Ministrare autem cum excommunicatione minori, etiam seclusa necessitate, non est peccatum, ut dictum est ibid. numero 67. Quid dicendum sit de interdicione, & suspensione, vide V. Interdictione personarum. & V. Suspensio. An autem quis pereire possit Sacra menta à malo ministro, vide V. Scandalum numero 9.10 & 17.)

Ob eandem rationem diximus V. Opinio probabili, numero 7. & 8. urgente necessitate, conferri posse Sacramentum cum materia dubia, & cum dubia potestate: quia in his casibus Sacramentum in favorem animarum cedit iuri suo: possunt administrari Sacra menta cum jurisdictione probabili, relicta certa, part. 9. tract. 7. resolutione 59. & ut bono pœnitentis consulatur, & damnum evitetur in congrua necessitate. ibid §. Nota tamen.

Numerus 12.† Sacra menta sunt septem: Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, Eucharistia, Extrema Unctio, Ordo, & Matrimonium, de quibus in particulari sigillatim sub propriis nominibus actum est.†

*Sacrilegium
qua: Et corpus fori?*

1.† **S**acrilegium dicitur omne peccatum contra virtutem Religionis, quasi sacri lesio, seu violatio rei, loci, aut personæ sacrae, non tamen temporis, ut dictum est V. Circumstantia, numero 106. Estque delictum mixti fori, ut dictum est V. Crimina mixti fori, num. 4.

2. Est itaque sacrilegium omne peccatum contra votum. At quamvis de eadem re plura vota emissâ sint, unum peccatum est ea, violare unico actui, idque probabiliter, etiam si unum illorum sit simplex, aliud solemne. Sacrilegium, etiam est non solum copula, sed etiam tactus impudicii, cum persona religiosa. Vide V. Circumstantia, à numero 20. Item violenta sanguinis effusio facta in Ecclesia, aut homicidium; vel etiam pollutio voluntaria, ut dictum est V. Pollutione Ecclesie, numero 4. Furtum rei sacræ de loco sacro, vel non sacræ de sacro, vel sacræ de non sacro. Vide V. Circumstantia. Vbi. Sacrilegium est simonia, fractio sigilli Sacramentalis, & Sacra menti suscepit, vel ministratio in mortali, juxta dicta, vel dienda V. Simonia, V. Sigillum & V. Sacramentum.

S A L A R I V M.

1.† **S**alarium est merces laboris. Et **S**alarium debetur famulis, & operariis. Non debetur quandiu laboraverint, aut per ipsos famulo pro non steterit, quin postquam conduxerint tempore inserviant, laboraverint. † In primis ergo mitatis dominus, non tenetur solvere salarium, servo pro tempore iuris. Immodic potest ab eo exigere expensas, nisi sit pauper ranta negotii, ut ex charitatis regula ministrare illi debet medicinas, & alimenta. Filiu. rom. 2. tract. 28. part. 2. cap. 4. num. 84. & alii, contra Speculatorum in tit. de locat. §. postquam tam plenè, num. 20. part. 1. tr. 8. resol 86.

2. Secundò, si per conductorem stetit. **D**ebetur veretiam fortuito, ne conductus operam suam præstiterit, tenetur salarium ei conductus, solvere; non solum in foro fori, ex leg. si etiam si cum adde, §. cum quidam. ff. de locat. sed et prompti es- tiam in foro conscientiae; posito, quod sent, non la- conductus aliam mercedem invenire, laboraverint. aut aliter cum fructu laborare non po- ruit. Secus si conductor maturè illum monuisset, & salarium ab alio acquirere,

vel